

IOANNES CAESARIUS COLONIENSIS PROFESSOR.



Ioannes natus est in Iuliacensi ducatu anno circiter 1460. Is post prima artium fundamenta in patria percepta, sese hinc inde ad Academias contulit, atque philosophiae studio diligentem operam nauavit. In artium quoque curriculo adeo profecit, ut equales suos apud Belgas plurimum superaret. In de Coloniam peruenit, atque Medicinæ incumbens Doctoris insignia omnium applausu sibi comparauit. Vnde etiam in ea Academia professor constitutus fuit. Scripsit is Dialecticam in 10 tractatus digestam, qua omnia eius artis præcepta Aristotelicae breuiter & luculenter complexus est, quæ postea paßim in studiosorum manibus non sine fructu circumlata. Præterea Rheticam ex optimis autoribus collectam. Plinius etiam aliquot de Re naturali libros emendauit & scholijs illustravit. Cum hoc modo Cæsarius ob monumenta a se edita Erasmo Roterodamo familiaris esset, & omnibus doctis per Germaniam innotuisset, tandem cum 80 annum excessisset, anno 1543 Coloniæ obiit, et in monasterio Vuidenbach fratribus S. Hieronymi honestè sepultus fuit. Eras. lib. 10. Epist. Con. Geff.